



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Verbum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)





Basilii Omnis panis nutrimentum affert ad salutem, agris autem saepe inutilis: Sic & omnis scriptura divina ex Deo est, ac admodum fructuosa, nihilque per se inmundum, atque impurum retinet aut praebet, nisi ei, qui illud esse putaverit immundum. ad Chilonem de Vita solitaria.

Origenes. Videtur mihi unusquisque sermo scripturae divinae similis esse alicui seminum, cuius natura haec est, ut quum iactum fuerit in terram, regeneratum nascipam, vel in quacumque aliam sui generis speciem, multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius, quanto vel peritus agricola plus seminibus laboris impenderit, vel beneficium terrae fecundioris indulserit. Sic ergo efficitur, ut culturae diligentia, exiguum semen (verbi causa) in napis, quod est minimum omnium, efficiatur omnibus maius oleribus, & fiat arbor, ita ut veniant volatilia caeli & habitent in ramis eius: Ita & hic sermo, qui nobis ex diuinis voluminibus recitatus est, si peritum nueniat, & diligentem colonum quum primo actu videatur exiguum & breuis, ut ceperit excoli, & spiritaliter retractari, crescit in arborem, in ramos, in virgulta diffunditur: ita ut possint venire disputatores & rhetores huius mundi, qui velut aues caeli, leuibz pennis, verborum duntaxat pompa excelsa sectantur, & a dua & rationibus capi, velut habitare in ramis istis, in quibus non loquendi decor est, sed ratio viuendi. Homil. prima in Exodum.

Multis animalibus, quamuis sit imperitus & indoctus, rationalis homo si comparetur, videbitur eloquens ad comparationem eorum, quae rationis & vocis expertia sunt. Si vero ruditus & eloquentibus visis, atque in omni sapientia probatissimis conferatur, ineloquens & mutus videbitur. At si ipsum quis contempletur diuinum verbum, ipsamque diuinam respiciat sapientiam, quantum sit eruditionis, & quantumque sapientiae multo amplius, quam apud nos sunt pecudes, ipse apud Deum mutum se animal profitebitur. homil. 3. in Exodum.

Tu solum tuum scire vis literas liberales, verbi gratia, rhetoricam disciplinam, nunquid eum vaeuum & liberum concedis ab omnibus aliis: omnis ceteris, huic vni studio operam dare iubes, pedagogos, magistros, libros, impensas das, nihilque desesse concedis, quod ad profectum eius studii facit. Quis nostrum ita se ad diuinam legis studia conuertit in Exodum homil. 12.

Sicut in nouissimis diebus verbum Dei ex Maria carne vestitum, processit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur, aliud, quod intelligebatur: carnis namque aspectum patebat omnibus, paucis vero & electis dabatur diuinitatis agnitio: Ita & quum per prophetas vel legislatorem verbum Dei, profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic literae velamine tegitur, ut litera quidem aspicitur, tanquam caro, latens vero intrinsecus spiritalis sensus, tanquam diuinitas sentiat. Homilia 1. in Leuiticum.

Non solum homo, quum viderit cibum animalium, scit eum non pro se, sed pro animalibus creatum: sed & ipsa animalia agnoscunt proprios cibos: & aliis quidem (verbi causa) vitulae leo, alii ceruus, alii bos, alii vero aues: sed inter homines sunt quaedam differentiae in appetendis cibis. Et alius quidem, qui bene sanus est, & habitudine corporis valens, fortem cibum requirit, & credit, confiditque se edere omnia vel robustissimi quique athletarum: si quis vero in firmiorem se sentit, & inualidum, delectatur oleribus, & fortem cibum pro sua infirmitate reicit, si vero fit aliquis paruulus, etiam si voce indicare non possit, re tamen ipsa nullam quam lactis requirit alimoniam. Et ita vnusquisque vel pro aetate, vel pro corporis valetudine, aptum sibi & competentem viribus suis expetit cibum. Si sufficienter rerum corporalium considerastis exemplum, nunc ab iis ad intelligentiam spiritualium venimus. Omnis natura rationalis propriis & competentibus nutrirur indiget cibis. Cibus autem verus naturae rationalis sermo Dei, sed sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias: ita & natura rationalis, quae ratione, & verbo Dei (ut diximus) pascitur, non omnis vno atque eodem verbo nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli est aliquibus etiam in verbo Dei cibus lactis, apertior scilicet, simplicior doctrina: ut de mortalibus esse solet, quae praebere consuevit iis, qui initia habent in diuinis studiis, & prima eruditionis rationalis rudimenta suscipiunt. Homil. 25. in Numeros.

Omnia medicus ex herbarum succis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animalium naturis, profutura corporibus medicamenta componit: sed herbas istas si quis forte, ante quam ratione artis componantur, aspicat, siquidem in agris aut montibus velut foenum vile conculcat & proterit: si vero istas intra medici scholam dispositas per ordinem viderit, licet odorem tristem forte & auersum reddant, tamen suspicabitur eas curae vel remedii aliquid continere, etiam si nondum, quae vel qualis sit facultas ac remedii virtus, agnouerit. Veni nunc ad lectulum ecclestem medicum: intra ad hanc stationem medicinae eius

Y Y Y Y Y  
Eccle-

Ecclesiam: & quia Iesus hic, qui medicus est, & verbum Dei est ægris suis in herbis, in fœcis, sed verborum sacramentis medicamenta conquiri: quæ verborum medicamenta si quis inculcus per libros velut per agros videat esse dispersa, ignorans singulorum doctorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum sermonis cultum habentia præteribit: qui vero ex aliqua parte didicerit animarum apud Christum esse medicinam, intelligit profecto ex his libris, qui in Ecclesia recitantur, tanquam ex agris & montibus salutaris herbas asumere vnumquenque debere sermonum duntaxat vim: vt si quis ille est in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis quam fucci interioris haulæ virtute sanetur. *Homil. 8. in Leuitic.*

*Solent medici* præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, verbi gratia, ad discutendam caliginem visus, nec tamen in edendo ipso cibo, vel in potando sentimus, quia vile est, & prodat oculis: sed cum transtulerit visum est illius, aut poculi virtus, paulatim purgat aspectum: & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in aliis similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta, quia vilis est, & anima prodest, etiam cibus noxius ad præiens intelligentiam non capit: quoniam vt dicitur & bonæ virtutes quæ nobis adiunt, relictur in sermonibus, & pascuntur, & contrarie torpescunt in meditationibus, & effugantur. *Hom. 20. in Iesum Nave.*

*Sicut corporis medicamenta* Deus preparauit ex herbis, arte disciplinæque compositis: Ita etiam animæ medicamenta preparauit in his sermonibus, quos per diuinas scripturas, seminavit atque dispersit: vt hi, qui aliqua ageritudine fuerint oppressi, statim vrim morbi sentiant, atque alicuius vulneris stimulum dolo remque prospexerint, requirant aptam & conuenientem sibi rationabilem disciplinam, quæ eis ex præceptis Dei possit mederi, huius medicinæ archiatros est Christus, discipuli sunt medici. *in Psalm. 37.*

*Grilli.* Quomodo, si quis scintillam ignis in sceno aut palca occultauerit, totum inde ignitum necesse est fiat: Sic verbum Dei tanquam scintilla in naturam nostram immissum, totam inde inflammat, atque ad vitam interitum penitus destructo reducit. *in Iouanen lib. 6. c. 15.*

*Trobus auditor* ac sapiens quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea thesaurum statim commendauit: si qua vero ardua videntur, sepe ac multum inuestigans atque interrogatus tandem assequitur, venatorios apprimere canes imitatur, qui huc atque illuc percurrunt feras quærentes: Sic affectum esse sapientem propheticus quoque sermo denotat, dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita semper est, vt apud eum habitemus, & ad alienas sententias non effugiamur. *lib. 3. in Iouan. cap. 39.*

*Ysrahelitas Iudas.* Quomodo corpus hominis morbo obnoxium, ad hostia medicina curatur: Sic anima prædicato Dei verbo, *lib. 2. allegoriarum legis.*

*Vt vera sanitas,* quam nullus morbus præcessit in corpore, à solo Deo largitur quidem, eis autem liberatio per artem & medicinam sumiunt: & à ferentibus & ab artificibus non iuari in speciem, imple sanans vel per hæc, vel citra horum operam: Sic etiam animæ bonæ & alimenta largitur hominibus Deus per scriptum, per verbi autem prædicationem quæquit ad sanandos animi morbos periret. *lib. 2. allegoriarum.*

*Sicut oculi pupilla,* quamuis minima particula sit, videt tamen hos cœlestes orbis, & immensum mare, & aeris amplitudinem; præterea solis tam orientis quam occidentis terminos: Pari modo sermo diuinus cernit acutissime, qui sufficit in inpicendis rebus omnibus, per quem videbuntur quæcunque digna spectatu. *lib. 16. allegoriarum legis.*

*Sicut riuorum* perennium fluentia cursu irrequieto feruntur, sequentibus aquis præcedentes impellentibus: Ita sermonis semel cepti exundantia mentem omnium, quæ nobis insunt, nobilissimam, & volucris naturis parem currendo assequitur. *lib. de sacrificio Abelis & Caini.*

*Sicut ingenitus ille præuenit omnia genita:* Ita ingeniti sermo sermo creaturæ præcurrit, nubi etiam præcursuolans. *lib. de sacrificio Abelis & Caini.*

*Olympiis.* Diuina ipsa scriptura est veluti ager quidam ferax & odoratus, quasi paradisi optimis arboribus confusus, habentque thesaurum occultum. Par est autem, vt qui hunc habere querunt thesaurum, placere student regi domino agri huius: hoc est, Deo omnipotenti. Placebunt autem, si cunctis mundi deliciis renuntiauerint. *in Ecclesiast. c. 5.*

*Præcipit.* Est porro simile grano coriandri. Tradunt coriandri naturam penitus femini respondere, adeo vt si succidatur etiam coriandri semen, vim suam non amittat, vt sementi idoneum amplius non existat. Huiusmodi verbum est omnino, cuius omnis particula ad terræ cultum natura apta est, si mandatur commode & bonæ terræ, id est, animæ. Est porro album etiam. Lumen enim verbum est, idque splendidum, ac proinde quoque album ipsum intelligenti, ab eoque nutrito. Est item saxo simile.

Contortum etenim est, & neuisquam succiditur, nec rum faxum. Cœlestis quippe verbum est, & non mittit. Non dixit verbo; Verum etiam in corpore. Sine etiam, tanquam si dixisset: Non in hoc, quod dicitur, cens, verbum erat. Non commune aliquod habet, nec cur, non solo pane hominem viuere, cum Deo. *in Deuteron.*

*Iusti Episcopi.* Post hæc turris? Scripura Noui Testamenti conuenienter intelligitur, quæ velut turris excelsa, constructa est, mille pendens, & Verbi quod mandauit in generationes, tanquam generationes. Itaque in hac sancta scriptura omnia reperitur, ex qua vel contra diabolum, vel contra mundum repugnatur, nam & ipse Dominus, cum in tentaretur, ex hac turri arma produxit, cum eam scriptura testimonium vsque quaque deusit. *in Gen. 22.*

*Fanus desillans* labia tua: expositio scripturarum & lac in doctrina tua sub lingua tua: eo quod verbum in melle duerforum vulnerum peccatorum sanatur. *Cantica Cantic.*

*Hieronymus.* Quomodo in his nostris litteris legenda verba texendaque procedere, nulli præcipit: Ita etiam in scripturis diuinis non valent sine nosse, nisi ab ipsis ethicis mandatis habentibus eundem illud, quod Propheta dicit: A mandatis quod videlicet post opera cepit habere. *in Ierem. 17.*

*Sicut calculus* genus est lapidis durissimi, & puritate leuissimi: Ita sermo Dei, qui neque hæreticorum aduersariorum potest contradictionibus uolueri. *Damasius.*

*D. Augustinus.* Sicut stellas in cœlo non extrahit fidelium in hæreticos fumamento scilicet Deum. *in Psalm. 95.*

*Bona vita,* quæ ex præceptis Dei agitur, tanquam quod auditur scribens in corde. Si in cere scribitur, scribitur illud in cordibus vestris, & non scribitur. *in Psalm. 95.*

*Scriptura* vt fidelis speculi nitore nullius accipit, sed ad laudanda & vituperanda hominum dicit, vel legentibus iudicanda proponit: inquit, vel vituperabilis, vel laudabiles intimas, vt in vituperabilibus, lauda ada, & in laudabilibus vituperanda. *lib. 22. contra Iulian. c. 65.*

*Animam tuam* nutri diuinis lectionibus: prædicatio enim spiritalium. Quia sicut ex carnalibus alimentis nutritur noster interior homo. *ad Iulianum. Epistol.*

*Sicut ferrum,* nisi vium fuerit, argenteum generat, nisi frequentius diuinis exercetur lectionibus, non generat. *ta quæst. 10.*

*Sicut solem* non videt oculus, nisi in lumine dominicum lumen non poterit videre: interrogat, inquit, mine, de quo inquit Propheta: Domine ad lucendum lumen ad Orosium.

*Quisquis negat,* ideo utrumque testamentum posse quod non eundem sacramentis tenentur populi iudæi tenebantur, vel adhuc tenentur, postea dicitur, vt vnus pater familias iustissimus, alius imperatoris duritorem vilem iudicat, alius est, qui gradum adoptare dignatur. Si autem præterea quod minor in veteri lege sunt, in euangelio tantum non ad vnum Deum vray; pertinet, ita perturbationi, si vnus medicus, alia per ministrum, alia per semetipsum valentioribus præcipat ad regnum tinendam salutem. Vt enim ais medicus cum vnus neque ylo pacto ipsa mutetur, mutat rama per se, & pibus, quia mutabilis est nostra valetudo: Ita diuina sit ipsa omnino incommutabilis, mutabilis tamen est co subuenit, & pro diuersitate morborum, alia alia modo à vito, vnde mors incipit, & ab ipsa prætere quæ essentiam, ea que deiciunt, id est, ad paululum resurgunt firmet, de vera religione.

*Quomodo modum* torrica acule colligit, & in sic vnusquisque; Christianus in eorum tranquillo, quæ acillas, colligat verbum Dei, vt in aduersitate, & tribulatione, hyemis nomine significatur, habeat, vnde scriptum est: *in Ierem. 17.*

*Sicut agni* multo lacte pingue sunt, & facta oues lacte pe nitent: Ita Apostolico lacte pascit, fideliorem parat. *de Cain & Abel.*

*D. Ambrosii.* Passæ sunt libri scripturarum...

& reficimur, cum ea, quae scripta sunt, de gustata ore libata frequentius ruminamus. His pascuis...

quo per comminationem terroremque iudicii, ad innocens & sanctae vitae viam regimur, virga est, per quam intra disciplinam...



corruptionis hinc peruenient, magisque ex eorum perceptione la-  
sio, quam utilitas aliqua subsequatur, vt est illud, Sint lumbi, &c.  
Qui non habet gremium, vendat tunicam, & emat sibi gladium:  
& Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me di-  
gnus. Quod quidam districte sinitu Monachorum, habentes quid-  
dem zelum, sed non secundum scientiam, simpliciter intelligentes,  
fecerunt sibi cruce lignea, eaque iugiter humeris circumferentes,  
non adificationem, sed ritum cunctis videntibus intulerunt. Non  
nulla vero ad vtramque perceptionem, id est, ad historiam & alle-  
goricam ita comoda sunt ac necessaria, vt vtraque explanatio vi-  
talem animae succos impertiat, vt est illud: Si quis te percussit in  
maxillam dextram, praebe illi & alteram, & Cum vos persecuti  
fuerint de vna ciuitate fugite in aliam, & Si vis perfectus esse, va-  
de, vende omnia. Prodit sane & foenum iumentis, quibus pa-  
bulis omnes scripturarum repleti sunt campi, simplex scilicet para-  
que narratio historica lectio: qua simpliciores quique, & minus  
capaces perfectae & integre rationis (de quibus dicitur: Homines &  
iumenta saluabis Domine) secundum status ac mentis suae condi-  
tionem ad opus suum & labore actualis vite vegetiores robustio-  
resq; reddantur. *Collat. 8. c. 3.*

*Laurentii Iustiniani Patriarche.* Quoties quis in tenebris ambu-  
lantibus vult redere solariam, viarum insinuare discrimina, ac  
ceca luminaria in sublime statuit, eademque exponit in publi-  
cum, quatenus inoffenso pede valeant peragere, quo tendunt.  
Hoc per semetipsum in humanitate assumpta, hoc per Apostolos,  
doctores, ac predicatoris suos, coeterna Deo Patri perfectae sapien-  
tia, atq; quotidie id agitur spiritu, ac verbi Dei annuntiatione, &c.

*De institutione ac regimine praelat. c. 7.*  
*Ruffini a quilegensi presbyteri.* Sicut caro verbi Dei perfectio-  
rum cibis est: ita & sanguis eius perfectorum est poculum. Qui  
ergo per verbum Dei purgantur, & renouantur de die in diem, hi  
dicuntur lauare in vino strom suam, id est, actus suos visibiles, ac  
in sanguine vite amictum suum. *in li. de benedictione Iudo ad Patu-  
linum presbyterum.*

*Polegii.* Quemadmodum hi, qui in labyrintho aliquo diuaga-  
ntur, frustra exitum sperant absque lumine: Ita in infinitis,  
profusque inextricabiles impingere peccatorum maendos illos  
necesse est, qui vitam hanc arduam, sine verbi luce posse viuere  
sperant. *in Psalm. 119.*

*Erasmi Roterodami.* Dracones nec politus potest, nec artem  
adhibere, alioqui elegans ac translucens: Ita diuina scriptura suum  
habent nitorem, nec artificum philosophiae aut rhetorices admittit,  
*in scripturis.*

*Ve sultum* siccitatis fontibus confectari riuius: Ita ineptum  
est, relicti Euangelis, Lyrae & similia somnia sequi. *in simili-  
bus.*

*Cedrus* & iuniperus si oleo perungas, nec tineas sentiunt, nec cari-  
ent. Ita semel imbutus diuini Spiritus succo animus, nullam huius  
mundi sentit corruptelam. *in simili.*

*Thomeri.* Vt nunquam aqua magis alacrem, magis genuinum  
saporis exhibet, quam ex ipso fonte exhausa: Sic nec iustitiam,  
veritatem, humilitatem, quisquam aliunde feliciter discit, quam ex  
sacro sacro Chriti Euangelio. *in apoph. 43.*

*Lapis Lydius* explorat aurum: Et euangelium Christi reuelat  
cogitationes hominum. *in apoph. 96.*

*Aqua quacunque* manibus affusa, stirpes quidem diluit & hinc  
dilat, sed sola coelestis impleta scientia philosophorum animum  
turgescit, sed sola, quae desuper data est, hominem implet ac beat. *in  
apoph. 54.*

*Esaias Propheta.* Quomodo descendit imber & nix de caelo, &  
illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, &  
germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti:  
Sic erit verbum in eum, quod egredietur de ore meo. Non reuer-  
tetur ad me vacuum, sed faciet quaecunque volui, & prosperabitur  
in hi, ad quae misillud. *cap. 55.*

*Christi Saluatoris.* Quemadmodum granum sinapis, licet o-  
mnium minimum sit, tactum tamen suo tempore in  
terram ita excrescit, vt inter holera sit maximum: Ita enim Euan-  
gelica praedicatione, licet a filiis huius seculi contemnatur, ac cum  
nulli philosophiae, ac rationibus etiam sapientissimorum conferri  
possit, vbi pendatur, tamen si quis ipso splendore seculari, ipsam  
vera fide amplectatur, sentiet meta esse Dei oracula, Spiritus sancti  
mysteria, ac coelestis sapientiae pronuntiata, in quibus tanquam in  
clarissimo speculo reuertit ipsissima Dei veritas, iustitia, misericor-  
dia, potentia, iudicatio, & salus. *Datur haec similitudo a Christo  
Matth. 13.*

*Chrysolomi.* Sapientes medici, quoties membra putrefacta se-  
cturi sunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud a-  
liquod naturae vitium correcturi, non id faciunt eo, qui laborat,  
in angulum abducto, sed eo in mediis foris deposito, conglome-  
ratoque praeteruentum speculo, ita demum admovent ma-  
nium. Hoc autem faciunt, non quod velint humanas traducere  
calamitates, sed vt vnicuique propria lanitatis commendent cu-  
ram: Item & scriptura facit: vbi quem arripuit peccantium, pro-  
ponit cum in sublimi suggesto, non in mediis foris, sed in media

terra: & postquam totius orbis circumflecterit  
curatationem adhibet, erudiens nos, vt circa  
cautiores simus. Videamus igitur, quo modo  
corrigere sit aggressus. Non dixit: O imperator  
subuertisti, confundistiq; ad extremam impetu-  
neque sermonem aculatoris in longum produ-  
modum hi qui secant, hoc breuiter facere fluere, et  
nis cruciatus sensum fallentes: Item & hic  
obiurgationis, paucis verbis constringens regula  
*5. in Esai.*

*Vir sapiens* verbum suum quod dixeris, non re-  
Et quomodo verba diuina sine exitu vacua poterunt  
*5. Matth. hom. 10.*  
*Sicut lucerna*, nisi ei subministraueris oleum,  
verbum fidei nostrae, quod credentes acceptum, et  
atur doctrinis, aut meditationibus scripturarum, et  
satis illuminat animam. *In 24. Mat. hinc  
cunda.*

*Origenis.* Scriptum est de manna, quia secundum  
si quis id ita sumpsisset: nutritur ex eo: si quis  
prum Dei, & contra statum diuinitus modum  
re, non si ueretur eo, vt viali cibo, sed vt viali  
suebat, vt vna atq; eadem species mannae alii  
generaret, alii vero salubrem cibum conferret, &  
Igitur & nostrum manna verbum Dei est, & quod  
Dei & alii efficitur ad salutem, alii ad poenam.  
bitur, quod Dominus, qui est viuum Dei verbum,  
cium ego veni in mundum istum, vt non videntes  
dentes ceci fiant. Quanto melius esset nonnulli  
re verbum Dei, quam audire cum malitia, vt  
sp. Melius autem dicimus ad comparationem  
melius, & vt rectius ac perfectus est, vt qui  
audiat corde recto & parato, vt in terra bona  
*Hom. 3. in Num.*

*D. Hieronymi.* Quomodo in coniugio sepe  
sa est, ne liberi procreentur, & nonnullum  
non tenet, & frequenter neuter ad genera-  
trario vtique fecundus: Ita & in his, qui verbum  
quadrifariam hae diuisio custoditur: vt  
doctor officium: sed si sterilis auditor, vel auditor  
sed per imperitiam doctoris verbi semen in  
coris sit, qui docetur, quam ille est, qui praepo-  
vt magister & discipulus sibi consentiam  
ceat, quantum ille potest haurire, vel tantum  
tum doctor ingerere. *in c. 2. ad Gal.*

*Sicut in vinea* multi vitiq; ad praelum  
cessit est, vt vitis gemmet in pampinis, ipse  
dehinc vt flore decussio, futuri bovi  
que turgescens vvas parturiat, vt pressa  
desudet: Ita & in doctrina singuli beati-  
audiat quis verbum Dei, vt concipiat, vt in  
scat, & ad portum vique perueniat, vt cum  
triat, & per instantiam, pueritiam, ad  
perfectum virum vique perducatur. *ad Gal. 4.*

*D. Augustini.* Vt thus non redolere, nisi  
virtus in apertis, nisi conteratur in lapide  
pulsu sententia vni suam declarat, nisi  
tur speculum peccatorum.

*Recogitamus* & recogitemus, quali  
accipienda Quod si legatio a rege, aut a  
Nunquid non mox alius curis posthabitis, potest  
cum omni deuotione literas acciperemus, &  
garemus? Ecce de caelo Rex regum, & Domini  
mo & redemptor noster per Prophetas & Apostolos  
nobis dirigere literas suas, non vt aliquod  
um demandet, sed quae ad salutem & gloria  
sunt, innotescat. *lib. de salu. ar. doc. c. 9.*

*D. Hilarii.* Vt mel per egrediantem, vt  
quae acciderint, oris amara munitur: Ita  
nes, & tristes cupiditatum inialacrum fecerit,  
mirificans, si modo non ore continetur, sed  
*in Psalm. 118.*

*Hanc existisse* caulam existimo, vt per  
ordo decurreret, vt sunt paruli, & imperii, &  
buendi, haec primum, per quae verba conueni-  
lementa cognoscerent: ita & humana igno-  
plinam, ad cognitionem Dei per hunc  
narium numerum ipsis veluti infantibus  
arduum enim & difficilimum est, hominum  
liq; doctores rationem praecipuum coelestium  
turae nostrae recipit infirmitas, diuina  
am, quae haec ipsi dederit, erudit. *in Psalm. 118.*

*Sin viri* prudentibus expectari id maxime  
loquuntur, grauitate eorum, doctrinae  
sermo non sit fortuitus & vagus, sed ca-  
rationibus

Hieronymi. Quomodo in flammis, ex quo dependit fimbriae subregimen intexitur, & tota vestimenti virtus in flammis est: Ita in variis sensibus scripturarum, in quibus vestitur omnis intexitur, miscetur aliqua de natura, de moribus: & hoc ipsum significat vestis Aaron auro, purpura, cocco, bysso, hyacinthoq; contexta, quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad extendendum dedit sapientiam. ad Principium.

Augustini. Quando possimus de divinis opibus, quae leguntur, intellectum alicuius mysteriorum significationis excerpere, quasi abstrusus fauorum mellis, mella producimus: vel Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricamus, vt ad latentia grana proueniamus, & in eis vitam inueniamus. De verb. Domini, in Matth. serm. 14.

Gregorii. Sicut ex auro vno alii muranas, alii annulos, alii dextralia ad ornamentum faciunt: Ita ex vna scripturae sententia expositores, qui que per numeros intellectus quasi varia ornamenta componunt, quae tamen omnia ad decorem caelae sponsae proficiunt. in Registr. lib. 2. epist. 101.

D. Anselmi. Sicut alimentis diuersis, ad perfectam corporis etatem: Sic praecipis dissimilibus ad spiritualem perducitur vitam. Vt enim educatur prius simplici lacte matris, dehinc a lacte alio, deinde farinae commixto postea micis panis: postmodum etiam crustis, donec quolibet forte cibo valeat vti: Sic enim primum iubeatur in Deum credere, dehinc eum diligere, deinde timere, postea bene operari, postmodum etiam aduersa pati, quousq; sibi praecipuum quodlibet secure posse iniungi. In simili- bus.

Cassiani. Efficiamur secundum praecipium Domini, probabiles trapezite. Quorum summa peritia est ac disciplina, probare, quodnam sit aurum purissimum, & (vt vulgo dicitur) obrizum, quodde minus purgatione ignis excoctum, ereo quoque viliusque denario, si pretiosum numisma sub colore seu indumento aut fulgentis imitetur: prudentissima discretionem non falli: & non solum nummata tyrannorum vultum exprimentia, sapienter agnoscere, sed etiam illa, quae sunt veri quidem regis imagine, sed non legitime figurata, perita sagaciore discernere: deinde ne quid illis a legitimo pondere diminutum sit, censura trutinam diligenter inquirere. Es nos explorare conueniet, ne auro purissimo scripturarum praua interpretatio cooptata, metalla pretiositate nos fallat, in quo Sacerdote Christo tentauit imponere. Collat. 1. c. 20.

Roberti Abbatis Turicensis. Non solum testimonia, quae angelicae & Apostolorum scribunt, respicere debet Lector curiosus, & ea attendere, quae sequuntur, quae praecedunt: velut si domum, quae forte per indultiam absque fenestris subobscura facta est. Lucerna intransmissa videre debeas, qualis sit intus, qualis sit in medio, vel in circuitu. Matth. lib. 3.

Quarta regnum Dei & iustitiam eius. Quid est regnum Dei, nisi verbum eius? Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum verbum regnatur omnia: & in hoc sermone vique regnare est. Quoties ergo ad audiendum siue tractandum verbum Dei conuenimus, quoties lectiones sanctas legimus, vel libenter audimus, toties quatinus regnum Dei, & iustitiam eius. Hic quidem quereamus possumus, inuenire autem non nisi post hanc vitam. Thesaurum est hoc Dei regnum, in agro absconditus, thesaurus in agro litera legalis, atque propheticae, ex magna parte parabolicae vel enigmatice, diligenter clausus atque signatus. Hunc thesaurum inuenire, est scripturas sacras intelligere, & praeter gaudium caelae omnia vendere, & agrum emere: hoc est, praeter delectationem caelae bonorum, vel regni colorum, quale in scripturis pronittitur, omnem solitudinem abicere, secundum hoc Euangelicum consilium,olumque earum amplecti studium scripturarum, vt homo semper sit expeditus, ad verbum Dei tractandum & audiendum. O quantos hoc studium non solum ad sufficientiam victus & vestitus, sed ad amplissimos honores prouexit. Super salutem, &c. Veniunt in omnia. lib. 6. in Matth.

Sicut Iacob virgas populeas, & virides, & amygdalanas, & ex planatas, & ex parte decorticauit eas, detrahitque corticibus, in his, quae spoliata fuerant, candor apparuit: illa vero, quae integra, viridia permanserunt, ita effectus est color varius: Sic iuxta mysticum exemplum illud, non passim vel vbique, sed in plerisque locis corticem litera detrahimus, & candorem allegoriae tenemus. In epistola ad summum Pontificem, in libro de glorificatione Trinitatis.

Sicut Iacob luctatus est cum Angelo, in quo Deus erat, qui & victum se facebatur: Ita luctari debet verbi Dei amator cum sermone vel scriptura, in qua Deus est, quae ex Deo est, nec dimittere, antequam vincat vinei volentem, sensumque comprehendat vilem in litera iacentem. Lucta enim pulcherrima est, tandem perseverare petendo, donec inueniat pulsando, donec sibi aperiatur. Haec lucta placet Deo, hac cupit ipse vinci, hac fortitudine opus est, vt nobis aperiat, & det Spiritum sanctum. In Matth. lib. 7.

Iacobi Apostoli. Quoniam si quis audiat sermonem, nec cum factis exprimat, hic similis est viro consideranti faciem naturae & factis exprimat, hic similis est viro consideranti faciem naturae & factis exprimat, hic similis est viro consideranti faciem naturae & factis exprimat.

VVVVV

in speculo. Considerat enim seipsum, & abiit, & continuo oblitus est quod alis esset. *Luc. 1.*

*Ps. 138.* *humilis pedibus* quando regum diademate coronatus literas mitit, tunc, qui adfert eas, per se nullius momenti est, sed humilis quidam, sed ad illum non spectant, qui literas suscipiunt: sed propter regis literas, magna reverentia & silentio eas suscipiunt: Sic etiam auditores non ad dicentem respiciunt, neque ad tenuitatem eius, sed quia, quae dicit, a Deo affert, ea collecto animo & attentio accipiunt. *hom. 42. h. Gen.*

*Sicut grana arenae* non conueniunt in vnam, neque adherent ad inuicem, sed semper sunt separata: Sic verba, quae audiuntur, & non conuertuntur in vnam iustitiae massam per opus separata sunt & diuersa. *In 7. Matth. hom. 20.*

*Sicut qui in magno vase aceti* modicam guttam mellis immiscet, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur: Sic homini in hac malorum multitudine constituto, si collocutus fuerit iustitiae verbum, & verbum perdit, & ille non temperatur in concupiscentia mundanum reum. *In Matth. 13. hom. 31.*

*Quemadmodum si pluuia super lapidem* cadat, desuper quidem sudat, ab intus autem ficus est, quia non descendit humor in eum: Sic & homini mundali quando loqueris verbum Dei, tantummodo sonus verbi desuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil descendit. *In 13. Matth. hom. 31.*

*Sicut stonacho ministrante* vnumquodque membrum suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se, secundum suam naturam: vtriusque quod suscipit iecur, totum fit sanguis, quod autem suscipit fel, bilis efficitur totum: quod vero in pulmonem phlegmata fiunt: quod autem in mammillas, totum efficitur lac: Sic Sacerdotibus Ecclesiae loquentibus verbum omnes suscipiunt, vniuersumque autem conuertit illud secundum suum cor: ita vt vnum id ipsum verbum in cordibus quidem rectis procedat ad vitam, in cordibus autem peruersis suscitetur iracundiam, quasi bilis: in aliis autem odium, quasi phlegma socium, & exponendum. *In Matth. 21. hom. 38.*

*Sicut quis mittit in os suum fragmentum panis*, aut qualemcunque cibum, primum molit eum dentibus, & ita dimittit eum in stonachum: Sic & quum audimus verbum, necesse est ipsum meditari in ore sensus, & videre, quid est, quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rem dicit. *In Matth. 22. hom. 41.*

*Quemadmodum*, qualemcunque cibum, nisi masticauerimus dentibus, non sentimus saporem eius: Ita & verbum, quod audimus, nisi masticauerimus ipsum tractantes in nobis, non possumus intelligere virtutem verbi illius. *In capit. 22. Matth. hom. 41.*

*Apud Iudaeos* illa animalia sunt munda, quae reuocant cibum, & ruminant. Ergo animal illud est mundum, quod masticat, & tradit vtero, & iterum de vtero reuocat, & ruminat: homo ille est spiritualis & sanctus, qui audiens verbum tractat & quum intellexerit, memoriae quasi vtero tradit, & iterum de memoria quasi vtero reuocat, & ruminat, & retractat. *In Matth. 22. hom. 41.*

*Veteri in coronis* non satis est, flores esse puros & suauis, nisi pura sit etiam & casta manus contexens: Sic non satis est, vt in sacrarum literarum lectione verba sint sancta & pia, nisi pura etiam & castissima mente haec legantur, ac animo concipiantur. *hom. 4. cum presbyter esset designatus.*

*De natura lapidis*, quem magnetem vocant, eam esse vim contrahit, vt omnem aliam materiam quietam esse, immotamque dimittat, ferum vero duntaxat ad sese trahat, nonnunquam vero aliter a se sublatum quasi ostentat, tamen si nullis id ipsum rebus ab inferi loco suffulciatur, nec superne alioqui nexu visibili colligitur, sed eius lapidis incubante virtute, occulta nobis ratione suspentum fit. Tale vero quippiam & in diuinis scripturis, & in verbis, quae de Deo fiunt, solet contingere, vt facile si cognosceret, qui diligenter aduertet. Plurimi enim, imo (vt ita dicam) cuncti fere mortales autem illis accommodant, soli vero capiuntur, qui alium sunt fidei, cum tamen ab inferiori loco nullius terrenae felicitatis solatio teneantur, neque quicquam appareat, vnde a superiori loco vinculi dependant, sed ad occultas duntaxat rerum spes, mentem animumque accommodant. *De curatione infidelium Graecorum. serm. 5.*

*Augustini.* Cultus agens fructum non reddens, & ingratus agricola: pro frugibus spinas afferens, non horreum, sed ignem quaerit Dominus Deus noster, sicut videtis cum bonam hanc terram visitare imbribus solennibus: Ita cor nostrum verbo suo, tanquam agrum visitare dignatur, & de corde nostro quaerit fructus, quia nouit, quid ibi seminet, & quantum pluat. *In Psal. 18.*

*Dicitur aspis* hinc alteram aures, quam pressus potest, terere inungere, inde vero alteram caudae immisione nihilominus obturare, ne audiat. Quid ad haec incantantis vox, quid sermo faciet praedicantis? Orabo pro eo, baptizabor pro mortuo, vberimo quodam profluvio lachrymarum, apud quem viderim nihil humanae incantationis quamlibet sapientiam, nihil quan-

tumcunque admonitionis indultiam praestent men vir sapiens, non celo sese, sed solo in sapientia, quae defusum est, non modo praestare potest. Sed nec ideo obfusceret, nisi caudam, dum hic quidem velut terra infusax, haeret voluntati: inde velut reflectens caudam meditatur, & infigit animo, quod desiderat tam mordax & amarus sermo inuenitur in ore, quod nulla ad eam penetrare queat. Inde aspidi virus in lingua aculeo perfunditur in arena: etiam aues volantes flatu tradit venter. *mone 13.*

*Quicquid loquimur* in nomine Dei, quomodo loquentis imber Dei est: videre vos, quales moreris: si mala terra, spinas parit: pluuia veniens per fructus, & super spinas. Qui istis verba non fuerit, & spinas de pluuia generauerit, in nomine terra generauerit, horreum speret, & pluuia sunt nubes, aut quid est pluuia, nisi Dei misericordiae circa omnes, quos diligit, & quibus donatur. *In Psal. 98.*

*Verbi Dei auditor* similis esse debet amantissimo quod ruminat, munda esse dicuntur, & non quae in corde accipit, & cum audit, in memoria audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti. *cent. 14. 193.*

*Ambrosii.* Maturinos quoque solis omnia desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris in aliquo oculis eis insideat, cui inueniens bene aliqua caligo nebuloza, corporeos visus spectantem Christus incipit, oritur inlectione scripturarum mentis, animique interioris obtutus, neque inuicem cui praestringat ingeri & puri cordis in mundam autem, vt vase lyncero Scripturae diuinae incipias, ne qua ingrediatur ontagio. Caece autem cet: & qui est regione in raliu eius intus, omnem subito admittat aspidem: ac nisi in certum suum oculoque conuerteret, aspidem se nihil videre, nere esse fraudatum: si veri despectat obtutus, seruat officium. *Augustin. lib. 4. c. 1. Hexamer.*

*Vos auditores* mei estis generatores vnae, non verbi vltra: vos agricola, redus, edificatores, etiam pedes pretiosos superedificantes. Eloquit enim Deo examinatum. Vos facite diuitem foeneratum, agrarium, architectum peritum. *Libro 5. de fide ad Graec.*

*Hilari.* Vt non omnium est, herbarum quae nosse: & si quis imperitis aut nefcius in agris herbis diuitem venerit, omnia inuicem, & agrum existimans praeterbit: at vero si peritus & doctus sit in his germinibus agrum fuerit ingellus, non alius praeterbit eum, demet, & ea, quae de ignominia, & mirabitur: sciens, quando vile mercedum duntaxat, & in qua genera sanctatus his vtrudum sit, & quantum ex his, & quouique moderatum sit. Sic etiam peritus esse intelligendum est: si ea impia anima, & non ad cognitionem Dei auditor: lector abditus, & in etho, & spiritualis gratiae donum scientiam diuinae diligendi, praeterbit, mirabitur omnia, argi, his sermone: eorum virtutes & efficientia seruet, non ignorans, quum sumendum sit, & in quam rationem ei gerantur, corpori sanatio, quando anime molesta est, & in sermone, ne quid importunum tardum: sed collata, & temporibus, & rebus, non perit: his, quae ibi gerunt, vtatur. *In Psal. 134.*

*Thriueri.* Multi sunt, qui aequum solidum cibum tamen eius corroborantur suo, ac delectantur odoribus, possunt sacrosanctum Euangium capere, verum tamen quod oblectat eius lectione. *mpph.*

*Chrysostomi.* Quemadmodum sol debilem oculum stringit, non natura sua: Ita iuuenit in his, qui diuinae diuinae sermoni: Ita & Pharaonis induratis dicitur, qui verbum Dei oppugnant. *Emil. 87. in Ioan.*

*Neque si quis* vulnus accepit, & medicinam impudenter diligenter alligabit, sed decide permittet, neque aquam rem, & alia vulnere contrarium caedat, & ne grauius

